Petrus de Vinea

Ep. V 137 (Cum uires excellentiae nostrae proxima...)

Basilicata University Press
–
Digital Humanities
Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

Ep. V 137 (Cum uires excellentiae nostrae proxima...)

1240-1250

Fidelibus suis Marchiae, ut parent se ad procedendum.

1. Cum uires excellentiae nostrae proxima uentura estate potenter et magnifice ostendere ac extendere magnifice disponamus, ut rebelles nostri territi et attriti claua nostrae potentiae demergantur ad ima, uirtutem uestram et fidem ceterorumque fidelium Marchiae promptam uolumus et deuotam assurgere ac, roboratis undique uiribus, in conspectu nostro placide comparere, ut laudis titulis possitis apud excellentiam nostram semper de bono in melius efficaciter promoueri.